Pegnium tarde cyatos mihi das · cedo ſane: bene mihi bene uobiſ
Bene meæ amicæ optatuſ hic mihi dieſ datuſ hodieſt ab dijſ
Quia te licet liberam me amplecti · Le tua factum opera
Bene omnib; nobiſ hæc meae manus tuæ poculū donant
Vt amantem amanti decet · To cedo · le accipe · To bene ei
Qui inuidet mihi & ei qui hoc gaudio gaudet

DORDALVS · TOXILVS · SAGARISTIO · LEMISELENE · PEGNIVM

Qui ſunt qui erunt quiq; fuerunt · quiq; futuri ſūt poſt hac ſolus ego oib;
Antideo facile miſerrimuſ hominum ut uiuam perij interij peſſim⁹ hic mihi
Dieſ hodie illuxit corruptor · ita me toxilus perfabricauit atq;
Meam rem divexauit uehiculum argenti miſer eieci amiſi: neque
Quam obrem eieci habeo qui illum perſam atq; omneſ pelaſas · atq; ēt oēs
Perſonas male di omnes perdant ita miſer toxilus hec mihi conſciuit.
Quia ei fidem non hūi argenti eo mihi eas machinas moliuſ eſt
Quem pol ego ut non in cruciatum atq; ī compedis cogam ſi uiuam
Siquidem huc unq̄ heruſ redierit eius quod ſpero · ſ; quid ego aſpicio
Hoc uide que hec fabula ē: pol hic quidem potant aggrediar
O bone uir ſalueto et tu bona liberta · To dordalus hic quidem eſt
SA Quin iube adire · To adis iubet agite adplaudamuſ dordale
Homo lepidiſſime ſalue Locuſ hic tuuſ eſt huc accumbe
Ferte aquam pedibus preben tu puere · Do ne ſiſ me uno digito
Attigeriſ: ne te ad terram ſceluſ affligam · To at ego tibi
Hoc continuo cyato oculum excutiam tuum · Do quid ais crux
Stimulorum tritor quo mō me hodie uerſauiſti ut me
In tricaſ coniecisti · quomodo de perſa manus mihi additaſt
TO Iurgium hinc auferaſ ſi ſapis · Do at bona liberta hec ſciuiſti
Ea me celauiſti · Len ſtultitiaſt cui bene ēē licet eum preuorti
Itibi poſterius ita hec te magiſ par agere ē · Do urit cor mihi
TO Da illi cantharum extingue ignem ſi cor urit caput ne ardeſcat
DO Ludoſ me facitiſ intelligo · To vincine dum nouū tibi dari pegniū
Quin nc lude ut ſoleſ q̄do liber locuſ eſt hic · hui habe baſilice
Te intuliſti & facete · Pe decet me facetum ēē & hunc irridere
Lenonem lubidoſt q̄do dignuſ eſt · To perge ut ceperaſ · Pe hoc leno tibi
Peri perculit · Do me prope · Pe hem ſerua rurſum · Do delude ut lubet
Crux dum hinc abeſt · Pe uiden ī tuis dictis pareo: ſ; tu qn magis meiſ.
Contra item dictis ſeruis atq; hoc qd̄ t' ſuadeo facis · Do quid ē id

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 213r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/213r)